Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses inaugurales argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/295169

THESES INAUGURALES ARGUMENTI CHIRURGICI.

TYPIS K. G. OUKOOP.

THESES INAUGURALES
Argumenti Chirurgici,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CHRISTOPHORI HENRICI DIDERICI BUYS BALLOT,

IN FACULTATE MATH. ET PHIL. NAT. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

ARTE CHIRURGICA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

JOHANNES EVERHARDUS DE VOOGT,

OLDENSALIENSIS,

MEDICINAE DOCTOR, MEDICUS MILITARIS TERTII ORDINIS.

A. D. XIX M. MAJI A. MDCCCLXIII, HORA VIII DIMIDIATA.

Bredæ,

APUD G. G. DE VOOGT.

MDCCCLXIII.

THESES.

I.

Si ligatura requiritur in aneurysmate, ponatur inter aneurysma et cor. Quod si fieri non possit et tamen necessitas urgeat, alius locus eligendus est.

II.

Ad arteriarum ligaturam filum rotundum plano præferendum est.

III.

Arteriarum ligatura torsioni præferenda.

IV.

Prognosis in operatione herniæ incarceratæ imprimis petenda est a tempore, quo instituatur.

V.

Si constat de calculi in vesica urinaria præsentia, præstat operationem instituere, quam ægrum medicamentis lithontripticis vexare.

VI.

Exstirpatio carcinomatis est cura tantum palliativa.

VII.

Ovarii hydropici exstirpatio vulgo reprobanda est.

VIII.

Operatio hydroceles radicalis per incisionem cæteris methodis in genere præferenda.

IX.

Incisiones gingivæ eo tantum consilio factæ, ut dentes liberentur, improbandæ sunt.

X.

In panaritio culter præcipuum artis auxilium.

XI.

Fluctuatio in una directione non ostendit præsentiam liquoris.

XII.

Utilitas operationis chirurgicæ, drainage vocatæ, in praxi non confirmatur.

XIII.

Injectiones in tubam Eustachianam, æque ac inflationes ipsius, rejiciendæ sunt.

XIV.

In vulneribus explorandis digitus instrumentis præferendus.

XV.

Inoculationes viri syphilitici non licet instituere.

XVI.

Ulcera venerea primaria generalem non requirant curam.

XVII.

Effectus calomelanos in maculis corneæ e proprietatibus ipsius physicis explicandus est.

XVIII.

Non facio cum illis, qui usum chloroformyli in operationibus chirurgicis ita dictis cruentis, generaliter commendant.